

Johann Georg Bindrim Georg Andersen


Dissertatio Philologica De Voce. Hosanna.

[Rostock]: Kilius, 1671

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756353807>

Druck Freier  Zugang







Fa - 1092 (117)

Index Alphabeticus, eorum, quae
hoc volumine continentur.


A.
Aeneus serpens. Num. 21, 6. seqq. Sauberb. 33.
Aethiopiassa uxor Moysi. Schmalz. 30.
Aëus et **ANW** quod significat? Cyprianus. 29.
Argentes triginta quibus asinum dedit. Mebias. Zach. 11, v. 12, 13. Malz. 27, 9. Frischm. 21.
Asinus Mebiae. Carp. Zonius. 31.
B.
Baptismus, seu immerio Iudaeorum. Reiskius. 26.
Bath Kol, seu uocis filia. Häner. 2.
Benedictionis sacerdotalis ritus, ex Num. 6. Häner. 1.
Bethesda piscina. Ios. 5. Frischm. 5.
C.
Cani signum. Gen. 4, 15. Häner. 34.
Character 1, 2, 3. et 4. quem in uero Mebia Iudaei exquirunt ex Esai. 11, v. 1. seqq. Frischm. 13.
Circumcisio Zippore. Exod. 4, 24. seqq. Frischm. 10.
Cretsi et **Pletbi**. Ophitius. 24.
E.
Ebraei num. statuant, idem simul posse esse, et non esse, ex Deut. 17, v. 8. seqq. Frischm. 4.
Edom, nomen, num. Imperium Rom. et Christiani eo innuantur? Beck. 27.
Eli, Eli, lama Sabachthani. Ps. 22, contra Iudaeos. Frischm. 9.
Emissarius bircus, uide H.
Esaiä 9, v. 6. uide in hinc etc. Frischm. 12.
Esaiä 11, v. 1. seqq. Egredietur uirga de trunco Isai. etc. Frischm. 13.
F.
Foedus novum, ex Ier. 31, v. 31, seqq. uide X.
G.
Gloria templi secundum Hag. 2, 7. seqq. Frischm. 16.
H.
Harmonia Michae 5, 1. et Malz. 2, 6. Frischm. 6.
Hebdomades LXX. Dan. 9, 25. Frischm. 19.
Hierosolymorum desolatio. Dan. 9, 26, 27. Frischm. 22.
Hircus emisarius populi peccata battans. Leuit. 16. sunt duo dispp. Frischm. 11.
Holanna, uox. Bindrim. 35.
I.
Ieboua iustitia nostra. nomen Mebiae gloriosum. Ierem. 23, 6. Frischm. 17.
J.
Judaei uox quomodo legenda? Carp. Zonius. 32.
Isaac ligatio. Gen. 22. sunt dispp. quinque. Frischm. 7.
L.
Lectio uocis **ANW**. Carp. 32.
M.
Manuum pedum Mebiae perfonatio. Ps. 22, 17. Frischm. 8.
Messias asinus. Carp. 31.
Mebia charachor 1, 2, 3. et 4. quas Iudaei exquirunt ex Es. 11, 4. seqq. Frischm. 13.
Mebias confusus, et ut unigenitus filius patris. Zach. 12, 10. seqq. Frischm. 15.
Mebia excisio Hierosolymorum desolatio. Dan. 9. Frischm. 22.
Mebia hostia placatur Deus. Ps. 40, 7. seqq. sunt duo dispp. Frischm. 20.
Mebias in sepulchro non relinquendus. Ps. 16, 10. Frischm. 14.
Mebia nomen gloriosum: Ieboua iustitia nostra. Ierem. 23, 6. Frischm. 17.
Mebia prosopographia ex Es. 9, v. 6. uide P.
Micba cap. 5, 1. et Malz. 2, 6. harmonia. Frischm. 6.
Mosis Pontificatus. uide P.
Mosis uxor. Zippore. Schmalz. 30.
N.
Nomen Edom. num. Imp. Rom. et Christiani eo innuantur? Beck. 27.
Nomen Mebiae. Ieboua iustitia nostra. Ier. 23, 6. Frischm. 17.
Novum foedus. ex Ier. 31, 31. seqq. Frischm. 18. sunt duo dispp.
O.
Oratio de Pontificatu Moysi. Frischm. 3.
Perforatio manus et pedum Mebiae. uide Mar.
Piscina Bethesda. ex Ios. 5, 2. Frischm. 5.
Pletbi et **Cretsi**. uide Cr.
Pontifex Mebiae. Ebraei. Boldi. 23.
Pontificatus Moysi. Frischm. 3.
Primus, 2, 3, 4. Character quem in uero Mebia Iudaei exquirunt, ex Es. 11, v. 1. seqq. uide Char.
Prosopographia Mebiae. ex Es. 9, 6. Frischm. 12.
R.
Ritus benedictionis sacerdotalis. Num. 6, 23. Häner. 1.
S.
Sacerdotalis benedictionis ritus. Num. 6, 23. seqq. Häner. 1.
Serpens aeneus. Num. 21. Sauberb. 33.
Signum, quod Deus posuit Caino. Num. 34.
Templi secundum gloria. Hag. 2, 7. seqq. Frischm. 16.
Tetragrammatum **ANW** quomodo legendum? Carp. Zonius. 32.
Triginta argenti, quibus Mebias estimatus est, Zach. 11, et Malz. 27, 9. Frischm. 21.
V.
Vernacula lingua Saluatoris. Aläd. 25.
Vocis filia. Häner. 2.
Vocum **ANW** et **ANW** significatio. Cyprianus. 29.
Vox Holanna Bindrim. 35.
Vox **ANW** quomodo legenda? Carp. 32.
Uxor Moysi. Zippore. Num. 12, 1. Schmalz. 30.
Zippore Aethiopiassa. uide Uxor.
Zippore circumcisio. uide C.











In hoc Volumine continentur

M. Fläbner bog.

I. de Ritū Benedictionis Sacer
dotalis - - - - - 8.

II. de Vocis Filia - - - - - 7.

M. Faischmuths.

III. de Pontificatū Moſis - - - - - 4. x

IV. de Loco Deuter. XVII. v. 8. ſeqq.

An Hebraei ſtatuant: Idem ſimul
eſſe, et non eſſe poſſe - - - 4.

V. de Piſcina Bethesda, Job. V. 2 - 2.

VI. de Harmonia Michae V. 1. et
Matt. II. 6. - - - - - 3.

VII. de Ligatione Iſaaci, Gen. XXII,
Difſertationes quinque - - - 16. x

VIII. de Manūum pedumq; Meſſiae per
foratione Pſalm. XXII, 17. - - - 3.

IX. Eli Eli Lama Sabaltani.
Pſalm. XXII. - - - - - 3.


X. de Circumciſione Zippora, Cap.
IV. Exod. v. 24, 25, 26 - - - 4.


- XI. de Hirco Emisario, Levit. XVI.
Dissertatio Prior et Posterior - - - 7.
- XII. Profopographia Messia Esaj. IX, 6. 5.
- XIII. de Messia Characteribus ex Esaj.
XI, I. - - - - 7.
- XIV. de Messia in Sepulcro non relin-
quendo Psalm XXI, v. 10. - - - 4.
- XV. de Messia confixo. Zach, XII, 10. 6.
- XVI. de Gloria Templi Secundi,
Hagg. II, 7. 8. 9. 10 - - - 4.
- XVII. de Nomine Messia glorioso Jeho-
va Justitia nostra Jerem.
XXIII, 6. - - - - 4.
- XVIII. de Foedere Novo, Jerem.
XXXI, v. 31. 32. Dissertatio
Prior, et Posterior - - - - 7.
- XIX. de Septuaginta Hebdomadibq
earumq; divisione Daniel.
IX. 25. - - - - 5.
- XX. de Unica Messia Hostia, ex
Psalm XL, v. 7. seqq. Pars
Prior et Posterior - - - - 12.

- XXI. de XXX. Argenteorum pretio, quo
 à Judais Messias aestimatus est
 Zach. XI. v. 12, 13. - - - - - 6.
- XXII. de Messia Exiitione, et Hiero-
 solymorum desolatione, Dan. IX,
 v. 26, 27. - - - - - 5.
- M. BOLDICH.
- XXIII. Pontifex maximus Hebraeorum, 6.
- M. OPITIVS.
- XXIV. de Cretsi et Plethi, Davi-
 dis et Salomonis Satellitic - 3.
- XXV. de Lingua Domini nostri Je-
 su Christi vernacula - - - - - 5.
- M. KLÄDEN.
- XXVI. de Baptismo Judaeorum - - 4.
- M. REISKIUS.
- XXVII. de Nomine Edom - - - - - 4.
- XXVIII. de Sepimento, Frischmühl - 4.
- XXIX. de Significatione Vocum
 שַׁוּ וְ לֹדוּ - - - - - 8.
- M. CYRILLI.

M Beckius.

- xxx. M. SMALCIUS.
 de Uxore Moſis Aethiopiſſa
 Num. XII. v. 1. --- 3.
- L. JOH. BENEDICT. CARPZOVIVS.
 xxxi. de Aſino Meſſia Chriſti in
 Urbem Hieroſolymam uenire. 7.
- xxxii. de legitima Lectione IIII. 5.
 D. JOH. SAUBERTI.
 xxxiii. de Serpente aeneo. Numer.
 XXI. v. 6. --- 5.
- M. NEUBAUER.
 xxxiv. de Signo quod impoſuit Deus
 Caino, Genes. IV. 15. --- 3.
- M. BINDERM.
 xxxv. de Voce Hoſe. - 3.
- In diſſim. Volumine ſunt
 Reſt. Alphabet.
- 7 Alph. 18 by.





41

DISSERTATIO. PHILOLOGICA.
DE.

XXXV.

VOCE. HO- SANNA.

QUAM.

AUXILIANTE. DEO. TER. OPT. MAX.
BENIVOLO. AMPLISS. FACULT. PHILO-
SOPH. INDULTU.
IN. CELEBERRIMA. PROPTER. VARNUM.
ACADEMIA.
P R A E S I D E.

M. JOHANN. GEORG.
BINDRIMIO.
MECLENBURGICO.

Publico φιλολογίας examini sistit
RESPONDENS.

GEORGIUS. ANDERSEN.
FLENSB. HOLSATUS.
IN AUDITORIO MAJORI
Ad diem 2 Decembr.



Typis JOHANNIS. KILII. Universitatis Typogr. Anno 1671. 3.

EE/61.

DISSELTATO. PHEOLOGICA
VOCES HO
SANTA
QUIN
VILLIUS DEO. PHEOLOGICA
REINOLDI APOST. PHEOLOGICA
CORP. HEDER
IN CESSERNA PR. PHEOLOGICA
MIOHANNES GEORG
BILBERG
MIOHANNES
GEORG
V. IN AMPLIO MAIOR
IN AMPLIO MAIOR



כהנו

§. 1.



Ocem ὡσπερ ἀ aliquot Scripturae Nov. Testam. locis, utpote Matth. XXI. 9. 25. Marc. XI. 9, 10. Joh. XII. 13. occurrentem consideraturis, primò locò vocis etymologia, juxta illud πολυθρύλλητον δειπῶντων τὸ τῆς φωνῆς σημαίνόμενον ἐξεπέλειν εἰς τὸ ὁρθῶς διδάσκειν, enucleanda sese offert: Sic enim de propria primaq; dictionis significatione certiores,

haec, an alia quaedam translata intelligenda? facilius tutiusque judicare possumus. Hosanna igitur quod attinet, dictionem illam ex duabus aliis coaluisse, communiter atque verè autumant: scilicet ex verbo Ebraeo עשׂה in Hiphil & Niphal saltim usitato, & particula נא. Significat autem verbum hoc in omnibus Scripturae Vet. Test. locis, ut R. Mardechai Nathan, in Concord. scribit וְשׁוּעָה וְשׁוּעָה כֹּל לְשׁוֹן semper salutem & auxilium, rectèque ab eo nostri Σωτήρ nomen, secus ac aliis videtur, qui illud subtiliter ex nomine יְהוּוָה deducunt, derivatur. Quanquam enim hoc subtilius, istud tamen verius, nam Angelus Josepho, cur puer nascendus JESUS sit nominandus, rationem reddens subjicit: αὐτὸς γὰρ σώσει τὴν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀμαρτιῶν αὐτῶν Matth. I. 21.

§. 2. Particula נא non unam in Scripturis obtinet significationem. Primò enim est particula tempus notans, & communiter ab Ebraeis vertitur עתה nunc vid. Gen. XII. 11, ibiq; Aben Esram

Esram, c. XVIII. 27. XXVII. 2. &c. Targumistae vel כען vel כרון
 adhibuere. Secundò est particula oblectandi, atque adeò signi-
 ficat עתה או בקשרה או תחנה *supplicationem, petitionem,*
aut intercessionem, exempla ubique sunt obvia. Chaldaei ex-
 plicant id per בכעו. Tertiò significationem, sed minùs usitatam,
 utpote, quàm ut R. Mardechai loquitur, notet כלתי אפיו ומבושל
 זרכו *crudum & non satis coctum* huic particulae adscribunt,
 nixi loco unico Exod. XII. 9. ubi Deus Israelitis praecipit, ne de
 agno Paschali comedant נני: Onkelos, חי כר *quasi vivum*
 (quem in modum cruda caro Ebraicè quoque חי *viva* nominatur
 1. Sam. II. 15.) Targ. Hierosolymit. מהבהב de qua voce vid. Bux-
 torff. Lexic. Talmud. col. 589. Verùm de loco isto, interpretari
 quomodo debeat? Ebraei inter se non conveniunt. Abarbanel ad
 h. l. scribit de particula נני quod הזמן ההוא *tempus praesens denotet,*
 quemadmodum pro adverbio temporis
 usurpatur Judic XII. 8. Attamen haec significatio textui, ut in-
 spicienti patebit, minimè congruit. Alii huic particulae signi-
 ficationem, quàm *fractum* significet attribuunt; quibus respondet
 R. Abraham Aben Esra scribens ad loc. cit. נני *איש אומרים כאשר*
 הוה עתה שהבשר חי ובדרך הזוהר לני מצאנו בכל
 המקרא ואחרים אמרו כי הוא מגזה כי הניא אביה אותה
 והטעם שבור ואין זה נכון כי אחר כן אמר ועצם לא תשבר
 בו והנכון בעיני שאין לא חבר במקרא ופירושו הפך מבושל
 והוא שנקרא חי כמו לא אקחו ממך בשר מבושל כי אם
 חי וכבר אמרתי כי רוב לשון ערבי דומה ללשון עברית
 והבשר החי יקרא כלשון ערבי ניי ואותיות אחוי מתחלפים
 להם בלשונם כמו בלשוננו h. e. *Sunt, qui dicunt dictionem*
 נני *significare carnem, quae adhuc est cruda: in hoc autem significa-*
tu eam nuspiam in Scripturis invenimus. Alii existimant derivandam
esse ex Num. XXX. 6 si הניי fregerit (impediverit) Pater ejus
eam, atque adeo notare aliquid confractum: at veritati hoc non est con-
sentaneum; postea enim Num. IX. 12. dicitur, & os illi (agno paschali)
non frangatis. Rectius igitur hic sumitur illò significatu, quò similem
in Scriptura non habet, notatque תפ מבושל cocto contrarium, quod
crudum vocatur, ut 1. Samuel. II. 15. non sumam abs te carnem coctam
 sed

sed crudam. Et jam tum dixi, linguam Arabicam plurimam partem cum Ebraea convenire, jam caro cruda in lingua Arabica vocatur **כָּרִי**. Literae quiescentes verò **אָרְוִי** permutantur invicem in lingua illa, quemadmodum in nostra.

§. 3. Idem cum R. Abraham Esra sentiunt R. Salomo Jarchi, R. ben Melech in Miclal Jophi. R. David Kimchi, David de Pomis in Lexico, cui titulum fecit Zemach David, cujus fol. 87. haec sunt verba. **נָא עֵינֶיךָ תַּחֲנִנֵנּוּ וּבְקִשְׁתֶּךָ וּמִרְרָה גַם כִּמֶּן** **עָתָה יִחֹק ח וּבְלַחֵי אַפֵּי בְשִׁלְמוֹת שְׂמוֹיֶיךָ** **Eja, obsecro, nunc** significat etiam imperfectè costum. Sed Italica clariùs & distinctiùs. Quæstia ditione **נָא** hà tre significati, il primo è come dicefimo ti priego, il secundo al presente, cio è hora, il terzo la cosa che non è compita di cuocere, De Arabica lingua quae Esra dicit, veriffima. Filia enim ea est Ebraeae, vixq; in ulla quiescentium **אָרְוִי** frequentior erit permutatio quam in illa lingua. Radix quoque **נָא** adhuc exstat, atq; inter alia significat cruda fuit caro,

& nomina inde deducta **נִי נִי** seu **נִי** crudam

carne **נִי** & **נִי** cruditatem, vid. Gol. Lexic. Arabic. col. 2476, 2477. Schindler. Lexic. Pentagl. col. 1054.

§. 4. Ex tribus hisce particulae **נָא** significationibus, quænam hîc in compositione **נָא** obtineat, facile est judicatu. Tertia hîc planè, utpote nullum commodum sensum signens, exulat. Ex prioribus, utram adhibueris, eodem recidet. Applausum tamen meretur B Glassius, pag 836, cui Gerhard. aliique adstipulantur, dum ad illud Psalm. CXVIII. 25. **נָא יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָא אֲנִי יְהוָה הַצִּלֵּנִי**, obsecro Jehova, salva quaeso: obsecro Jehova, prospera quaeso scribit: Posterius **נָא** quidam ut temporis adverbium accipiunt, serva nunc, prospera nunc, quod eodem redit. Prior tamen significatio affectui Psaltis & scopo psalmi magis congruit. Patet etiam hinc quid sentiendum sit de verbis D. Augustini Tract. 21. in Johann. ita scribentis: *Vox obsecrans est Osanna; sicut nonnulli*

nulli dicunt qui Ebraeam linguam noverunt, magis affectum indicans,
 quam rem aliquam significans: sicut sunt in lingua Latina, quas inter-
 jectiones vocant: velut cum dolentes dicimus heu! vel cum delectamus
 vah! dicimus: vel cum miramur, dicimus o rem magnam! tunc enim
 o nihil significat, nisi mirantis affectum. Quod ideo credendum est ita
 esse: quia neque Graecus neque Latinus hoc interpretari potuit. Haec
 si de posteriori parte solum dixisset, reprehensionem non mere-
 retur. At verò cum de tota dictione hosanna hoc intelligat, lapsus
 hic est Doctus. Pater Ebrae linguae ignarus, confunditq; quae
 de posteriori parte inaudiverat cum prioribus, quòd minimè de-
 cebat. Nam tota vox est composita ex Imperativo Hiphil וְשִׁיעַר
 & cum he paragogico וְשִׁיעַרְהוּ serva, salutem praesta, & parti-
 cula וְ quaeisive nunc significante. Duplicata autem litera
 nn. ortum traxit ex dages Euphonico literae נ ab initio, ob prae-
 cedens He camezatum per lineolam maceph, (minùs rectè
 maccaph) dictam, cum sequenti saepissime copulatum, impressò,
 quem in modum punctatum invenitur in Psalms CXVIII. 25. unde
 & desumptum וְשִׁיעַרְהוּ hoschianna. Jod autem medianò
 ad accelerandam pronunciationem vel ejectò, vel etiam formà, quae
 occurrit Psalms LXXXVI. 2. Jerem XLI 7. וְשִׁיעַר hoscha, servatà,
 fit hoschanna. Pro Ebraeo וְ sch, Graeci simplex s adhibuere, quod
 & in aliis dictionibus factum; ita ex וְשִׁיעַר fit Messias, ex וְשִׁיעַר
 schelomo Σολομών &c. Ain autem Ebraeorum medianum secundū
 genium linguae Arameae & in pronunciatione ob difficultatem,
 & in seripione omittitur. sic וְשִׁיעַר duodecim dicitur pro וְשִׁיעַר
 וְשִׁיעַר nunc ex וְשִׁיעַר hac horà, Targ. Psalms.
 XII. 6 וְשִׁיעַר Jerem. L. 2 ex Ebr. וְשִׁיעַר Chald. וְשִׁיעַר Gr. σήμερον.
 Ιησους ex וְשִׁיעַר vel potius ex Syriaco. וְשִׁיעַר &c.

§. 5 Hisce ἰμοψήφους habemus quam plurimos. Nomi-
 nabimus saltim ex Patribus antiquioribus Hieronymum Ebraeae
 linguae peritissimum, qui in Epistol. 145. ad Damasum pag. 785.
 ita scribit *Sicuti nos in lingua latina habemus interjectiones quasdam,*
ut insultando dicamus vah, & in admirando pape & in dolendo heu &
cum silentium volumus imperare strictis dentibus spiritum coartamus &
eogimus, insonando scilicet sibilum, ita & Hebraei inter reliquas proprie-
taes linguae suae habent interjectionem, ut quando volunt Dominum
depre-

deprecari ponant verbum petentis affectu & dicant : Anna Domine :
quod septuaginta dixerit : O Domine הושיעה הושיעה ergo salvifica
interpretatur. Anna interjectio deprecantis est. Si ex duobus his vel
compositum verbum facere, dices הושיעאנה הושיאנה, sive ut nos lo-
quimur Osanna הושיעאנה, media vocali litera elisa, sicuti facere
solemus in versibus Virgilii, quando pro Mene incepto desistere viclam
scandimus Menincepto. &c. Ex Ebraeis vero Eliam Levitam Germa-
num qui in Tisbi scribit ערבי נחל שנוטלין כתב הושיעאנה
הושיעאנה קרוין הושיעאנה לפי שצועקי הושיעאנה רל
הושיעאנה נחל והרכיבו שתי המילות יחד לקצר ואמרו
הושיעאנה fasciculum salicum torrentis, quem portant in festo Taberna-
culorum, vocari hoschanoth, ideo quod clament hoschana, hoc est salva
quaeso. Contrahunt ita duas dictiones in unam brevitatis gratia & di-
cunt hoschana. Hancque adeo primam ἡ σωτηρία significationem
ipse Angelus Caninius in disquisition. in locos aliquot Nov. Tes-
tamt. obscuriores negare non potest. Vox itaque, inquit, si ety-
mon quaerimus significat salva nunc vel salva quaeso, quod Graeci dicunt,
σωτηριον. Quod adjicit : usus verò nominis de salice, aliisque arbori-
bus quarum ramos Levitic. XXIII. gestare jubentur Hebraei, intelligi-
tur, ulteriori expositione indiget, Non abs re igitur erit נחל
הושיעאנה saltem quaedam de antiquissimo illo ritu ex Ebraeorum
monumentis huc attulisse.

§. 6. Jusserat, ut legere est Exod. XXIII. 14. Deus Israeliti-
tis ut quotannis שש רגלים tribus vicibus se cum oblationibus
suis Domino sisterent, istoque tempore festum aliquod celebra-
rent; putà, die 15. Abibh festum Paschatos : septem abhinc hebdo-
madibus festum septimanarum sive Pentecostes: & die 15. Tisri fe-
stum Tabernaculorum. Rationem, cur Deus praecise tria majora,
ut vocant festa injunxerit, hanc in medium afferunt. Perpenden-
tes scilicet inter plurima sibi à Deo ter Opt. Max. beneficia exhi-
bita, tria praeprimis, utpote liberationem ex Aegypto, promul-
gationem legis, & concessam terrae Canaan haereditatem, emi-
nere; tribus hisce majoribus beneficiis tria quoque majora festa,
quò singulares pro illis grates agant, respondere ajunt : & quidem
festum Paschatos, eductioni ex Aegypto; septimanarum promul-
gationi legis; & tabernaculorum, haereditati terrae.

Pascha-

Paschatos quod dicunt, praelucentes habent Scripturas Exod. XII.
 De festo septimanarum quod affirmant, optandum Scripturae te-
 stimonio ut confirmassent. De festo Tabernaculorum denique
 nec ipsi Judaei inter se conveniunt. Quamquam enim R. Isaac
 Abarbenel in Perusch hatthora fol. 36, col. 2. section. ארבעת
 להוררות לפניו על תבואותיה ועל הארץ *ut gratias illi (Deo) agant pro terra*
 (Canaan) & *proventibus ejus*: melius tamen Scripturae congruunt
 quae leguntur in Arba Thurim parte ארבעת חיים tract. hilchoth
 Succa fol. 76. col. 4. edit. August Anno 1540. הלה הכתוב
 מצות סוכה ביציאת מצרים וכן הרב מצות
 לפי שהוה דבר שראינו בעינינו ובאזנינו שמענו ואין
 אדם יכול להכחישנו והוה המורה על אמיתות
 מצות מצות *refert Scriptura praeceptum de tabernaculo ad exitum ex*
Aegypto, uti plurima quaeq; praecepta; quandoquidem hoc oculis nostris
vidimus & auribus nostris audivimus, neque ullus reperitur, qui id ne-
gare queat, adeoque ostendit rei veritatem. Hanc certè rationem
 Scriptura haut obscure innuit Levitic. XXIII. 43. ubi Deus Israeli-
 tis cur septem diebus in tabernaculis morari debeant, rationem
 redditurus, dicit, ut cognoscant generationes vestrae *כי בסכות*
הושבתי את בני ישראל בהוציא אותם מארץ מצרים
quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israelis cum educerem eos ex
terra Aegypti.

§. 7. Judaei porro ne, παραποροδοσεις suas ἐναντίας
 Divinae veritati continere, concedere cogantur: ἐναντία hocce
 tollere fatagunt, dicentes, praeceptum hoc de tabernaculis duo
 continere praecepta: unum de tabernaculis, idque respicere edu-
 ctionem ex Aegypto secundum illud quod dicitur Levit. XXIII. 43.
 Alterum autem, Lulabh dictum, institutum esse ut laudes & gra-
 tias agant Deo pro fructibus & terrae proventibus isto tempore,
 ex agro collectis. conf. Abarbanel *comm. in Leg. fol. 266. c. 1.* Et ne
 hoc sine Scripturae testimonio dixisse videantur, ad unum omnes
 provocant ad Levitic. XII. 40. ubi Israelitae die primo festi sume-
 re jubentur fructum arboris pulcherrimae, ramos palmarum &
 ramum ligni perplexi & salices torrentis & lactari coram Domino
 septem diebus. Hic per דרר פריעץ *fructum arboris pulcherrimae*

intelli-

intelligunt malum citreum, quem in sensum & Onkelos vertit
 אחרונגן אילנא פירי אילנא אחרונגן *fructus arboris citronae s. citreorum. & R.*
 Aben Esra, גמ הם העתוקו כי פרי עץ הדר הוה
 אחרונג ובאמרת כי אין פרי עץ הדר יותר הדר ממנו
 illi scilicet Talmudici אחרונג פרי עץ הדר *reddideve per malum ci-*
treum & verè, quia nullus reperitur fructus arboris speciosior quam iste.
 At verò benè adjicit hoc fieri אסמכתא בדרך *per accommoda-*
tionem quandam allegoricam, ubi res non tam probatur ex lege,
 quam traditione Doctōrū, conf. de hac formula Halichoth Olam
 p. 110. Traditionem quoque probationis loco affert R. Abendana,
 quando in spicilegio suo ad R. ben. Melech Miclal Jophi scribit
 fol. 29. קבלו רבותנו זל שהוא אחרונג ואפשר שהאילן
 הנקרא בלשון ארמית אחרונג נקרא שמו בלשון
 הקדש הדר כי פירוש אחרונג חמדה כדמתרגמינן ונחמד
 למראה דמרגג למחוי לא תחמוד לית תרונג ולשון
 אסמכתא *acceperunt Patres nostri quod*
fit malum citreum. Et fieri potest, ut arbor quae in lingua Aramaea
nominatur אחרונג vocetur in lingua Ebraea הדר. Nam אחרונג signi-
ficat rem desiderabilem & appetibilem, quemadmodum etiam vertimus
Gen. II. 9. desiderabile aspectu Chald: ומרגג למחוי &
Deuteron. V. 21. non תחמוד concupisces. Chaldaic & quidem Tar-
gum Pseudo-Jonathanis לית תרונג. Onkelos enim retinuit
 vocem Ebraeam. *Vox igitur חמדה & הדר sensu conveniunt.* Ver-
 rùm quomodo ex his vel probabiliter saltim concludi possit, in-
 telligendum hic esse malum citrinum, non apparet. Quaeenam
 enim est consequentia, pro voce חמר interdum in Chaldaica pa-
 raphrasi adhibetur dictio רגג Ergo אחרונג (quod an a Radice רגג
 derivandum merito quis quaerat) idem est quod הדר? si colorem
 suae conjecturae Abendana inducere voluisset, probare debuisset
 רגג & חמר sibi invicem respondere, non חמר & הדר.

§. Per כפורת תמרים *quid intelligendum docet Mai-*
monid. in hilchoth lulabh. cap. 7. האמורות. בתורה הן חריות של דקל כשיצמחו קודם שיתפררו
 העלין שלהן לכאן ולכאן אלית כשיהויה כמו שרביט
 hoc est כפורת תמרים *quorum in*

lege Levit. XXIII. 40. fit mentio, sunt rami palmarum quando germinant, antequam folia a se invicem hinc inde separentur, sed dum adhuc sunt instar sceptri: & hoc est quod vocatur lulabh. Hinc quoque Targ. Onkelos. & Hierosolym. voces כפור המרים לולבין. Caeterum non solum spathula palmarum dicitur lulabh, sed & fasciculus iste ex ramo palmarum, myrto, salice torrentis nomine hoc per Synedoch. nam palma reliqua in fasciculo magnitudine & altitudine superat, insignitur, quemadmodum & hofanna appellatur: imò totum hoc praeceptum, lulabh audit, ut ex ritualibus Ebraeorum constat, ubi, cum de praecepto hoc agunt, titulum praefigunt הלכות לולב ה' ל' כ' ר' ל' ל' ל' hoc est, de consuetudinibus, ritibus & legibus festum hoc quomodo celebrandum.

§. 9. Per עץ ענף ענף intelligunt myrtum, nec quamlibet sed eam, quae ad minimum folia tria ex uno nodo protrudit aequaliter & in circulum, ita ut nullum depressius vel altius fit alio, & sic totam circumferentiam tegant, test Maimonid. loc. cit. ענף עץ עבות האמר הו' הדס שעליו וחופין אר' ע' כגון שיהיו שלשה עליו או יותר על כן בגבול אחר אבל אם היו שני העליון בשורה זו כנגד זו והעליון השלישי למעלה מהן אין זו עבות אבל נקרא הדס שומרה h. e. ענף ענף ענף cujus in lege fit mentio, est myrtus, cujus folia tegunt lignum suum quemadmodum si fuerint tria folia aut etiam plura in culmo uno. Si autem duo folia fuerint sibi invicem aequaliter opposita & folium tertium altius illis, haec non est densa, sed vocatur myrtus fatua hoc est illegitima, quae non potuit adhiberi.

§. 10. De ערבי נחל salicibus torrentis ita scribit Majmon. ערבי נחל האמורות בתורה אינן כל דבר הגדל על הנחל אלא מין ידוע הו' הנקרא ערבי נחל עליו שלו משוך כנחל ופיו חלק וקנה שלו אדם וזה הו' הנקרא ערבי ורוב מין זה גדל על הנחלים לכן נאמר ערבי נחל ואפילו היה גדל במדבר או כשר salices torrentis quarum fit mentio in lege, non denotant quamlibet rem juxta torrentem crescentem; sed species quaedam insignis & certa vocatur salix torrentis; solum ejus est protractum instar torrentis,

torrentis, ora laevis, calamus ruber, & haec est quae vocatur ערבור.
Maxima autem pars crescit juxta torrentes, propterea dicitur, salices
torrentis: sin verò etiam in deserto aut montibus crescat, legitima est.
Quae ulterius circa has quatuor species requirant, quàm folliciti
& scrupulosi sint ne illegitimum pro legitimo adhibeant, aliò lo-
cò dicetur.

§. II. Quatuor haec מצור אחד הן praeceptum unum
constituebant quod מצור לולב dictum. Sumunt autem spa-
thulam palmae unam, rimum unum citreum, tres ramos myrti,
salices plures minimum duas; ex his spathulam palmae separatam
relinquunt, caeterarum trium specierum virgas vel ramos solidè
compingunt & constringunt viminibus salicum in אגרוה fasci-
culum unum, quem communiter vocant לולב לולב a primaria
specie. conf. Buxtorff. Synag. Judaic. p. 456. Sin verò quatuor ha-
rum rerum copia alicui non fuerit, illius loco aliam substituere
non licet, ut testatur Maimon, loc. cit. ואין פחתין מהם ואין
מוסיפין עליהם ואם לא נמצא אחד מהם אין
לו מביאים non subtrahunt de illis,
neque illis adjiciunt quicquam. Et si una illarum species non reperiatur,
loco ejus aliam ei similem non adhibent. Fasciculi quoque hujus me-
minit Joseph. lib. 3. Antiq. Judaic. cap. X. pag. 92. ejusque conficien-
di rationem exprimit, jusfit, inquiens, Deus Judaeos festum ta-
bernaculorum per octo dies agitare, in urbem metropolin conve-
nientes ὁλοκαυτῶντι καὶ ἵκειν τῷ θεῷ τότε χειρήλια, φέροντας
ἐν ταῖς χερσὶν εἰρεσιῶνην μυρσίνης καὶ ἰτιάς σὺν κερὰν φοίνικος
πεποιημένη, & μήλας & τῆς περσεῆς προσόντας i. e. interprete
Sigismundo Gelenio, victimasque Deo solidas incendere & simul pro
gratiarum actione sacrificare, manibus interim gestantes ramos myrti sa-
licis & palmae ex quibus mala perseae dependeant, meliùs; gestantes
iresionem s. fasciculum ex myrto salice & palma, adhibito malo persico.
Vocat autem Josephus fasciculum hunc iresionem ad imitationem
Graecorum, qui εἰρεσιῶνην festo quodam circumferre siveverunt,
accinentes versus quosdam τὴν ἀφορίαν sterilitatem deprecantes.
ut ex Plutarch, in Thefes & schol. Aristoph, refert Stephan.
append. col. 820. conf. quoque Suidas.

§. 12. Usus hujus fasciuli & quidem stante templo de-
 scribit Maimon. loc. cit. c. 7. §. 13. ככל יום היו מקיפים את המזבח כלולביהם בידיהם פעם אחת ואמרו אנא השם
 הושיעה נא אנא השם הצלח נא וכוונת השביעי
 Quotidie circumvenerunt al-
 tare semel, tenentes lulabb sive fasciculum manibus suis ac dicentes;
 quaeso Domine salva quaeso, obsecro Domine prosperare quaeso. Die
 autem septimo circumvenerunt altare septem vicibus. Quandoquidem
 verò destructis jam templo atque altari, id ipsum circumvire non
 possunt, in memoriam hujus in Synagogis suis arcam in medio
 earum ponunt, ceremoniasq; has peragunt, prout idem loc. cit.
 testatur וזכר נהגו ישראל בכלל המקומות ולהניח ולהניח
 תיבה באמצע ביה. ובנסת ומקיפים אותה בכל
 יום כדרך שהיו מקיפים את המזבח זכר למקדש
*fam. consueverunt Israelitae ubique arcam ponere in medio Synagogae, eamq;
 singulis diebus circumvenerunt, eum in modum quo circumvire altare in
 memoriam sanctuarii.* Neque solum in templo Synagogisque suis
 hunc gestant fasciculum sed & extra eas Nam הורה המנהג
 בירושלים ויצא אדם מביתו שחרית ויולכו בידו
 ויכנסו לבית הכנסת והיה בידו מתפלל והיה בידו
 ויוצא לבקר חולים ולחנחם אבלים והיה בידו
*Hic mos observatus fuit Hierosolymis. Quicumque manè domum egre-
 diebatur, manu sua lulabb sive fasciculum tenebat. Si ingrediebatur
 Synagogam, manu tenebat lulabb. Cum oraret, in manu illum habe-
 bat. Cum aegrotos visitarer & lugentes consolaretur, manu illum fasci-
 culum gestabat. Quemadmodum nunc fasciculum istum semper
 gestant, ita orantes nihil aliud quam Hosanna clamant. Sic in
 Psalm. CXVIII. repetunt vers. 25. ut videre est ex סדר תפילות*
 אנני יי הושיעה נא impres. Hanoviae Anno Ch. 611. h. m. אנני יי הושיעה נא
 אנני יי הושיעה נא יי הצליחנא אנני יי הצליחנא
 & ex Siddur Tphilla edit. Prag Ich bitte dich GOTT
 hilf nun / Ich bitte dich GOTT hilf nun. Ich bitte dich GOTT mach
 beglücken nun / Ich bitte dich GOTT mach, beglücken nun. Imò
 ts hosanna in precibus neque finis neque modus; sic e. g. orant
 Propter Te o Deus noster, hosanna,
 Propter

cellaeo legunt ὡσανά) Hofanna filio David, benedictus qui venit
 in nomine Domini. Hofanna in altissimis. Ex versionibus, *Ara-*
bica, Syriaca, Aethiopica, Vulgat. &c. parum lucis huic loco afful-
 get; hae utpote vocem ὡσανά cum Evangelistis retinent, non,
 quasi satis exprimi non potuisset, Graeci enim ut *Aquila; Symma-*
chus, Theodotus & Quinta editio, test. *Hieronym.* l. c. illud Psalmi
 CXVIII. 25. non adeo inconcinnè reddidere ὦ κύριε σῶσον δὴ, ὦ
 κύριε ἐνόησαν δὴ: sed quia illis, ipsam illam plebis acclamatio-
 nem, prout prolata, servare libuit, quemadmodum saepissimè in
 N. T. ipsa prolata, tuncq; usu trita verba & nomina retineri vide-
 mus. B. *Luther.* in vers. sua Germ. vocem hosanna quidem reti-
 nuit cum subjuncto scholio tamen. Sic & *Baravi*, quorum hoc
 scholion. *Het Woordt Hofanna ghenommen nyt den Ps. 118. 25.*
is een Hebr. Woordt van tweeën ghemaeckt/ ende bedeeft net soo veel
als behout doch / offte geefft doch gheluckende verspoet. Alii illam
 vertunt: sic *Jeremias Felbinger*, qui tamen Graecismi interdum
 aequò tenacior, aut Teutonismi non satis gnarus, in versione
 Germanic. nova impressà *Amsteldam. Anno 1660.* Ey Herr
 gib Heil dem Sohne Davids / gesegnet sei der da kömt im Nahmen
 des HERRN. Ei gib Heil Herr in den höchsten Himmeln.

§. 15. Posterior haec explicatio non usque adeo arridet
 Angelo Caninic l. c. *Hosanna*, scribit, apud. *priscos Judaeos* (quo-
 rum plerosque Christi aetate vixisse asserit) pro uno ac simplici nomine
 usurpari, quod omnes Glossographi salicem significare uno ore asserunt.
 Porro, quoniam salices passim inveniuntur: cedri, palmae myrtique non
 item, obtinuit usus.

Quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi
 ut omnium arborum rami, quos in festo scenopegion Hebraei gestabant,
 subinde clamantes *Hosanna*, id nomen nanciscerentur. Quod etiam
 in secundo Targum *Esther c. 3* scribitur ועברים להום הושענרה
 & faciunt sibi hosanna & mox וחררו בהושענרה & circumeunt
 cum *Hosanna*, ubi aperte intelligitur salicum, aliarumve arborum fasci-
 culus. Et paucis interjectis hòc modò concludit. Jam itaque in-
 telligi potest, cur turbae Christum adventantem hoc elogio exceperint,
 fatentes se *Hosanna* hoc est salicum, palmarnm aliarumque arborum ra-
 mos ferre filio David, eumque Deum ac Messiam agnoscere, quod tanto
 pere

pere Pharisaeos offendit. Quibus verbis satis apertè vocem hanc in eò significato, quò salices & ramos arborum notat hic lumen-
dam asserit. Caninio succenturiantur Joseph. Scaliger in Chron-
nic. Eusebii, refert. Beckman. de Orig. L. L. p. 535. Osanna est
ὄρχησις sive ramus qui gestatur in ὄρχησις σκηνοπηγίας. Itaq̃;
ὠσαννά τῷ υἱῷ δαβίδ nihil aliud est quàm ὄρχησις τῷ υἱῷ δαβίδ.
Schindler. Lexic. Pentagl. pag. 819. Faventior quoq̃; ei est Casau-
bon. Exerc. 16. Num. 5. sect. 2. Imperfectionem igitur hujus
προσφωνήσεως juxta hos supplendò subintelligendum erit Φέρο-
μεν καὶ πάλλομεν ut sensus sit; *hos ramos in honorem filii David*
gestamus & vibramus. Quò Patres quoque respexere. Epiphanius
enim sermone eis βαία i. e. *die palmarum habito*, ait τὰ
βαία τῆς νικῆς ὡς νικητῆ & θανάτου βασιλεύμεν, τὰς κλάδους
τῶν ἐλαιῶν τῷ ἑκ Μαρίας κλάδῳ θεοπερωῶς ἑπίσειοντες
palmarum ramos victoriae, tanquam victori mortis feramus, ramos oli-
vatum ramo e Maria nato, ut Deo dignum est, concutientes. Eodem
quoque alludit Chrysostom. in homil. in magnam septimanam.
conf. Casaubon. l. c. p. 322.

§. 16. Hisce posthabitis Grotius aliã ingreditur viam, vocemq̃;
ὠσαννά non salices sive ramos ut Carinius vult, sed salutem & au-
xilium notare contendit, atque adeo imperfectionem sermonis
non per Φέρομεν aut πάλλομεν sed per verbum substantivum
supplet. Verba ejus, ut videre est apud Walacum ad cap. XXI.
Matth. pag. 226. ita habent. *Ipsa forma indicat, ob solennem & frequen-*
tem ejus usum ex duabus dictionibus וְשׁוּן unam factam esse vo-
cem artificialem, quae nomini substantivi rationem induit, quapropter
adjectivum ei jungitur הַלְלוּ וְשׁוּן Hosanna magnum, qui
solennis precatationis titulus est ap. Hebraeos, sicut הַלְלוּ וְשׁוּן
Hallelujah magnum. Hoc sensu ὠσαννά est nomen solennis voti & ac-
clamationis, quã id ipsum rovetur, quod sub dictionibus וְשׁוּן
continetur, plena constructio est ὠσαννά ἔσω τῷ υἱῷ Δαβίδ. ὠσαννά
ἔσω ἐν τοῖς ὑψίστοις. Id est, *salus ea, auxilium illud quod in dictionibus*
וְשׁוּן continetur, contingat filio Davidis, salus illa, auxilium
illud, quod per Hosanna innuitur, contingat ei in locis altissimis. Equi-
dem nomen hoc quandoque substantive poni negare non possu-
mus,

mus, cum potius ipsi hanc significationem, quã substantivè pro pre-
 cibus &c. sumitur, ex Ebraeorum libris stabiliverimus: at verò inde
 huic voci salutis sive auxilii notationem accrescere, nondum satis
 probatum dedit Quænam n. est collectio, vox hosanna interdum
 notat preces, quibus salus & auxilium a Deo expetitur, Ergo ea-
 dem quoque hoc modò substantivè accepta notat auxilium & sa-
 lutem: eodem modò colligerem: Hallel sive Hallelujah magnum,
 est titulus precum, Psalmos enim CXIII. IV. V. VI. VII. & CXVIII.
 hoc nomine insigniri testis est Burgenfis ad Psalm. CXIII, quibus
 salutem & auxilium a Deo expetunt. Ergo Hallelujah notat id ipsum,
 quod in precibus istis continetur, nempe salutem & auxilium, hoc
 quod falsum quilibet videt. Formulam igitur hanc per verbum
 substantivum suppleendam, necessario ipsi afferendum quò priora
 facta tecta servaret. Verùm positò ὡσαννὰ τῷ υἱῷ per salutem
 & auxilium, subintellecto verbò ἔσω, explicari posse. Quid quæ-
 so erit ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις subintel. ἔσω salus & auxilium fit
 in excelsis? Ob hanc incongruentiam forte est quod postea scri-
 bit ἐν τοῖς ὑψίστοις idem valere quod summè: ut si Latine dicas *terq;
 quaterque*. Ita Ebraicum כַּמְרוֹמִים & Græcae voces ἐν ὑψίστοις
 interpretibus LXX inveniuntur Psalm. CXLVIII, 1. & alibi. Eodemque
 sensu כַּמְרוֹם & Græcè ἐν ὑψίστοις usurpatur Psalm. XCIII. 4. Cer-
 tè voces ἐν τοῖς ὑψίστοις idem valere quod summè aegrè probabit,
 allatisque non evincet, quandoquidem loca ista primò de cælo
 utpote summo & excelfo loquantur, ut inspicienti patebit. Nec
 est quod provocet ad Luc. qui cap. XIX. 38. post ὁλοκαυτὸν ὁ
 ἐρχόμενος βασιλεὺς ἐν ὀνόματι κυρίου, addit: εἰρήνη ἐν ἔθραις καὶ
 δόξα ἐν ὑψίστοις subintell. ἔσω idemq; adeo esse, sit ei Hosanna & sit ei
 pax & gloria. Unde enim hoc probabitur? Equidem sunt quidam,
 qui Lucam hisce Hosanna a reliquis Evangelistis usurpatum sic
 Graeco sermone exprimere voluisse putant, sed istos jam dudum
 rejecit Hieronym. in cit. Epist. ab init. & B. Gerhard. Harmon.
 Evangel. part. 1. cap. CXLIV. p. 307. Quidam scribit, *huc accommo-
 dant illud, quod Lucas Graeci sermonis peritissimus, & ab Hebraeis vo-
 cibus studiosè abstinens, pro eo, quod reliqui Evangelistae dicunt, Ho-
 sanna in excelsis posuerit, pax in cælo & gloria in excelsis, & paucis*
 inter-

interjectis *Ἐπιπροσῆμι* suam adjicit; concinnius, inquit, est *Ἰαθῆρες*, quod Lucas cum posuit illud, gloria in excelsis, non respexerit ad decantatum *Hosanna*, sed acclamatione illa, quam a Matthaeo & Marco jam dudum annotatam viderat, ommissa posuerit formulam a reliquis Evangelistis praetermissam, in tanta enim acclamantium multitudine variae potuerunt esse voces & precandi laudandique formulae, ex quibus Lucas eam recensuit, quod affinis fuit hymno Angelico in Historia nativitatibus Dominicae a se solo descripto.

§. 17. Sed revertamur ad Caninium, cui, Hosanna interdum salices significare sive etiam ramos aliarum arborum, quod tamen restringendum ad quatuor illas species de quibus in praecedentibus haec enim aliarum arborum ramos non adhibere, ut patet ex Maimon. §. II. abs nobis allegato, quanquam largiamur, illam tamen significationem hinc loci obtinere salvo aliorum, rectius sentientium iudicio nobis non videtur verisimile. Quid enim quaeso sonabit *ἡσάνα τῶ ἰωῶ δαβὶδ* & *ἡσάνα ἐν ἰσῆρις* ramos ὄσχι & in altissimis. Hic ad Caninium tanquam ad oraculum, ut Joh. Lightfootus in hor. Ebr. ad Matth. c. XXI. loquitur, recurritur & sub intell. *Ἐπέμεν ἡμῶν τῶ ἄλλομεν* ut sensus sit: hosce ramos portamus, vibramus & sacramus Filio Davidis qui & homo & in altissimis i. e. verus Deus super omnia Benedictus. Verum turbas haec eò mente assurrexisse, ut quem coram oculis viderent hominem, eundem quoque verum Deum in caelis esse crederent, vix videtur credibile. ad sublimiorem illum sensum, monente B. Gerhard. loc. cit pag. 314. nondum videntur penetrasse, cum regnum Christi judicarent fore terrenum. Quae Caninius pro stabilienda sua sententia affert, parvi sunt ponderis. Ad consensum Glossographum quod provocat; contrarium jam patet ex praecedentibus. §. 5. deinde attenderunt illi magis significatum, quò in Talmude, aliisque ritualibus adhibetur, jam ab hoc ad istud concludere est argumentatio quae *אין לורגל ויר* neq; manus neque pedes habet. Quae ex secundo Targum Estherae allegat, itidem causam suam parum juvant. Probandum sibi proposuerat, hanc vocem hoc significatu a priscis Judaeis adhiberi; at verò Targum illud secundum Estherae fabulosissimum, sive R. Josephum luscum sive Pseudo-Jonathanem Autorem habeat, quando sit concriptum, nesci-

C

tur

tur; hoc scitur, illud post compositum Talmud, lucem vidisse.
 vid. Pl. Rever. atque Excellentiss. Pfeifferi Fautoris nostri honoratissimi dis-
 fert. de Targum. c. 6. d. 8. 9. Talmud autem absolutum & receptum
 fuit Anno Christi 500. vid. Buxtorff. recens. Oper. Talmud. pag. 230.
 Caninium igitur hisce allegandis ne quicquam scopum ferire, neq;
 suae sententiae patrocinari מוֹט מוֹט מוֹט luce
 meridiana clarius est. Si thesin suam Φυλάτταν voluisset, ex
 Mischna locū producere, debuisset, quamvis ne sic quidē vocē illam
 hoc significatu apud priscos Judæos, qui tempore Christi vixerunt,
 in usu fuisse probasset. Quippe conscripta est Mischna a R. Je-
 huda שקדן sancto & משינא principe dicto, tempore Imper.
 Antonini Anno Chr. 150, in qua num hac significatione, quā sali-
 ces & ramos notet, adhibeatur, dubito. Tract. succoth, ubi de
 ritibus & ramis hisce agitur perlegens, non memini me vocem
 hanc hoc significatu ibidem legisse.

§. 18. Convenientissimum igitur textui videtur, si Ἐσωσθη
 genuina, propria ac primaeva significatio retineatur, perque sal-
 va vel serva quaeso reddatur. Quod enim Drus. comm. prior. ad
 voces N. T. Ebr. pag. 83. id explicet per serva nos id ipse retractat
 par. al. er. p. 44. perperamque pro serva nunc positum dicit. Huic
 sententiae non parū roboris inde accedit, quod haec dictio ut
 & tota ferè votiva acclamatio desumpta est ex Psalm. CXVIII. 25.
 Eò igitur significatu, quò in Psalmo sumitur, hic repetita, erit
 sumenda. Atqui in Psalmo non sumitur eo significatu, quò, ut
 nomen substantivum salices aut ramos significet, sed ut est ver-
 bum. Imperativ. cum particula obsecrandi. Ergo non illo sed
 hoc quoque significatu hic repetita erit sumenda. Rem exemplò
 illustrabimus. Notum est primam vocem Geneseos בְּרֵאשִׁית
 breschith factam esse αρχινην eaque vel totum librum Geneseos
 vel primam sectionem exprimi. Si quis jam citaret primum
 versum &c. בְּרֵאשִׁית diceretq; reschis, ut Judaei, sed malè pronun-
 ciant, creavit Deus coelum & terram alterque illud hoc modò
 explicaret breschis hoc est, servata hujus vocis significatione
 αρχινην, in sectione sive perascha prima Geneseos creavit Deus
 coelum & terram, nonne quilibet, Interpreti huic helleboro opus
 esse, clamaret? servanda, quippe, est illa vocis significatio quam
 in alleg

in alleg. loc. vers. i. Gen. unde eam desumptam sequentia creavit
 Deus &c. ostendunt, obtinet; jam ibi non supponit pro libro sive
 parascha, sed significat in principio. Similem in modum cum
 ex Ps. CXVIII. retineatur posterius ברוך הכבוד ביום יהוה
 illo significato quò in Ps. invenitur, recteque effertur εὐλογημένον
 ὁ ἐρχομεν ἐν ὀνόματι Κυρίου, retinendum quoque erit prius
 ὡσαύτᾳ ex Psalms cit. נְשִׁיעֵנוּ desumptum ex modo
 quò in psalmo adhibetur; jam apud psalmistam non notat ramos
 Ergo nec apud Evangelistas. Praeterea translatarum illarum
 significationum nulla adeo commodè potest adhiberi sive
 Φερομεν sive ἔσω adjungant, commodius & commodatius adhi-
 betur significatio ex etymo deducta, ea igitur retinenda. Quan-
 doquidem nondum liquidò constet, nec ulla necessitas cogat ab ea
 ut discedamus.

§. 19. An vero plebecula ista hisce sibi a Christo, an verò
 Christo a DEO salutem precata fuerint? Interpretes variant.
 Prius statuunt Beda, Thomas, Lyranus, Anselmus, Abulensis, Mo-
 linæus, Hieronymus, qui cit. Epist. scribit salvum autem fac dicitur
 ut subaudiamus populum tuum Israel sive generaliter mun-
 dum. Et sententiae huic suffragatur lectio Hilarii, qui can. 21. in
 Matth. pro tertio casu habet quintum. Hosanna filii David. sed
 rectius, censente B. Gerbard. Harm. Evang. pag. 309. statuitur, quod
 huic novo Regi, & ipsius regno salutem, hoc est prosperum suc-
 cessum, conservat onem & incrementum hisce verbis precata
 fuerit, quod ostendit non solum constructio verbi נְשִׁיעֵנוּ sed et-
 iam verba immediate subjecta: Benedictus qui venit in nomine
 Domini &c. quae verba non sensu invocandi Messiam, sed precandi,
 ut Deus filio David benedicere velit, prolata sunt. Sensus igitur erit
 ὡσαύτᾳ τῷ υἱῷ Δαβὶδ hosanna filio David, salutem, quaesumus,
 affer filio Davidis, serva filium Davidis, concede filio Davidis o-
 mnigenam prosperitatem; ὡσαύτᾳ ἐν ὑψίστοις serva, quaesumus,
 qui es sive habitas in altissimis: subintelligendum enim erit vel par-
 ticipium, verbi substantivi hoc. mod. ὡσαύτᾳ ὁ ὢν ἐν ὑψίστοις vel
 simpliciter articulus ὁ h. m. ὡσαύτᾳ ὁ ἐν τοῖς ὑψίστοις. Non enim
 insolens est in Scripturis tam Vet. quàm Nov. Test. talis ellipsis.
 Sic I. Johann. III. 12. ἢ καὶ τῶς καὶ ἐν τῷ πονηρῷ ἦν non sicut
 καὶ

Kain ex malo erat & occidit fratrem, pro ὁ ἄνθρωπος, quemadmodum & Syrus supplet. Simile quid de ellipsi relativi ἧσιν in Vet Test. observat *Glaß. philol. sacr. pag. 530.* Hinc benè Anglicana impressa, Lond. Anno Christi 1591. *hosanna thou W bichart in the highest heavens.*

§. 20. Videamus porro quid Caninius in hac explicatione desideret. *Si hoc, inquit, recipimus, ut nobis Autor est idem Theologus (qui vocem ὡσαυτὰ serua quaeso vel salva nunc verterat, fuitq; nō fallor Andr. Osiander) quomodo quod in Evangelio legimus de voce turbae clamantis, hosanna filio David, aptè exponamus? Nam Graecè sic scriptum est καὶ οἱ ἄλλοι οἱ προσάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθῆντες ἔκμαχον λέγοντες, ὡσαυτὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, & turbae praeuntes & sequentes clamabant, dicentes, Hosanna filio David. Si enim Hosanna significat salva quaeso, quid erit salva quaeso filio David. Atque hunc nodum quod sciam, nemo haecenus solvit. Nodus hic est ei tamen solvendo non opus est ense Alexandri, modò repetatur Hosanna ex Ebraeo עושה originem trahere, Ebraeis autem usitatum hoc verbum non solum cum quarto sed & tertio casu construere, mediante particula ה conf. 1. Sam. XXV. 26. 33. Judic. VII. 2. Psalm. XLIV. 4. XCVIII. 1. Ezech. XLIV. 22. Deuteron. XVII. 27. XXVIII. 31. Judic. III. 9. 15. 1. Sam. X. 19. 2. Samuel, XIII. 5. Jerem. XI. 12. 2. Sam. X. 11. 1. Samuel, XXV. 31. Jos. X. 6. Pf. LXXXVI. 16. CXVI. 6. LXXII. 4. Proverb. XX. 22. 1. Chron. XVIII. 6. Judic. X. 14. Jerem. XI. 12. &c. Ebraeum igitur הושיעוּן לבן דוד נאמרו ex pressuri rectè adhibuere casum tertium ὡσαυτὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, serua, salva quaeso Filio David.*

§. 21. Caeterum cū scribit: *Ostendendum est vocabulum hoc Ebraicum esse non posse sive nomen sit sive verbum. Ac nomen quidem Hebraicum esse non posse, vel qui primoribus labris Hebraeorum faves degustarint facile concedent Alephenim ultimum id nos planissime docet, quod in hac voce ad thema non pertinet, cum si Hebraicum nomen esset, necessariò in themate futurum erit. Verbum verò quò quaeso erit, si analogiam modò servare volumus? הושיעוּן enim cum Hebraico verbo nunquam componitur, praesertim cum ratio conjugationis postulet עושה vel הושיעוּן, nihil quicquam contra eum, qui hosanna per salva quaeso interpretatur, evincit. Videtur Caninius eos*

im-

impugnare, qui hosanna, serva quaeso, unam simplicem dictionem esse asserunt, hi num sint? nescio; certe fungi essent, sic qui sentirent. Rationes autem allatae, aut infirmae sunt aut suam ipsius sententiam destrunt. Venditat enim Caninius vocem *ωσανα* pro uno ac simplici nomine, priscis Judaeis usitato, quod salicem sive ramos significet. De Aleph finali jam quaero, num ad thema pertineat sin minus? prius affirmare non potest, cum jam posterius asseruerit. Sequitur ideo non esse Ebraeum, cum alias necessario in themate futurum fuerit; at vocem hanc esse Ebraeam ex *vetustissimis Ebraeorum scriptoribus* probare satagit, cum tamen probatio ex Talmudistis & Targumistis saltim petatur, qui epitheton illud, eos linguae suae *proprietas atque elegantiam accuratè* servare, vix merentur. Quandoquidem stilus eorum adeo horridus, adeo mixtus, ut, qui perfectè & loqui & scribere Ebraea noverit, unicam tamen paginam neque in Talmude neque in Targum intelliget. Sed verbum esse non posse, qui quaeso probat? ex analogia Si hoc vult Ebraeis non esse in more, verba cum particulis conjungere ut Graeci & Latini aliique faciunt, e. g. dissolvo, ascendo, *προσφερω αναβαινω* &c. verum dicit, nec aliquem fuisse aut esse, qui verbum *הושיע* cum particula *נ* ita coalescere affirmarit, ut unam dictionem Ebraeam constituat, nobis persuadere possumus. Sin hoc ita intellectum vult. *נ* cum verbis Ebraicis non componi, ita ut in se distincta maneant, in pronuntiatione tamen ut unica dictio efferantur, se falsum dixisse, haut obscure concedit, cum Eliae sententiam ex *נ* *הושיע* quod crebrò canunt Judaei in festo Tabernaculorum, factum esse brevitatis causa & per Syncopen *הושענא* sibi non displicere, ait. Reliquum quod attinet indifferenter *הושיעה הושיע הושיע* & *הושיע* dicitur.

§. 22. Patres, quorū alii *ωσανα* transtulere per *μεγαλοσύνην* *επειραιμένην* magnificentiam eminentem ut Justin. Martyr, in: 99. & resp. q. 50. Alii *φῶς καὶ δόξαν καὶ αἶνον μεθ' ἑαυτοῦ* *πλεῖως* lucem & gloriam & laudem cūprecatione ut Clem. Alexandrin: lib. 1. Paed. c. 5. vel etiam tantum *δόξαν* ut Suidas, qui tamen *ἁπλοῦς* sua, *παι ἡ σωτηρίαν δὴ σου ὁρθῶς* apud quosdam vocem hosanna interpretari salva quaeso, sed minus rectè, superfedere potuisset, vel per *redemptionem domus David* ut Hilarius, inde, ut & alii,

notatus ab Hieronym. Epist. 145. ad Damas. conf. quæ Gerhard. Harmon. p. 304. Paul. Tarnov. ad c. XII. Johann. p. 864. ob imperitiam Linguae Ebraeae valde aberrasse, in propatulo est, nisi quis eos magis ad illud Luc. XIX. *δοξα εν υψισις*, quam ad illud Matth. & Marc. *ωσωννα*, respexisse, statuere eosque adeo excusare velit.

§. 23. De caetero scrupulum adhuc alicui movere potest, quod diximus, Hofanna in festo Tabernaculorum adhiberi solitum, quomodo circa festum paschatos, quo Messias noster Hierosolyma ingressus adhibitum? aut quaenam convenientia festi Tabernaculorum, quod XV. Tisri sive mensis septimi, cum festo paschatos, quod mense Adir nempe primo celebratum? Reperendum hic & sciendum hosanna in reliquis quoque festis usurpatum. In festo Tabernaculorum frequentissimè adhibetur; omnes ferè preces incipiunt hosanna & exeunt hosanna: at verò in ceteris festis rarior ejus usus; recitabaturque ex Hallel, quod & Pf. CXVIII. continet: Hallel autè orare sive ère in ראש חודש initio mensis festo initiationis & שלש רגלים tribus festis majoribus, ut ritualia Ebr. facillè docebunt. 'mò si fides' adhibenda Hieronymo Epist. cit. Pf. CXVIII. tunc temporis frequenter a Judaeis fuit lectus, in Synagogis decantatus ac de Messiae adventu expositus, docuerunq; Judaei suos liberos, Messiam adventurum, solenni hac & votiva acclamatione excipiendum. Quod autem frondes & ramos extra tempus sive tempus adhibuere, factum videtur, quò singularem affectum, honorem, amorem, & reverentiam erga Messiam desideratissimum contestarentur. Quem in modum quoque II. Maccab. X. 7. relatum legimus. Judaeos Deo gratias acturos frondes ramosq; portasse [sic haec plebecula certo certius sperans Messiam illam ab hostibus liberaturum, hos ritus, quibus alias festo Tabernaculorum laetitias & gaudis referto usi, animum gaudiis laetiisq; plenum effluentem quasi, significatura, adhibuit. Fuisse autem festum Tabernaculorum, quo tales ritus adhibere omnium laetissimum, videre est ex R. Bar Maimonidis Jad hhasaka hilchoth Lulab h c. 2. halacha 12. fol. 195. 2.


אֲעַל שֵׁכַל הַמְעֻדוֹת מִצֻּוּה לְשִׁמּוֹח בְּהֵם בַּחֲג הַסּוּכוֹת
 חִיְתָה בְּמִקְדָּשׁ וּוֹם שִׂמְחָה יִתְרָה שְׁנֵאמַר וְשִׂמְחָתֶם
 לִפְנֵי הַשֵּׁם וְגו'
 רַחֲמֵי שְׁלׁ בּוֹע

Ad
Præstantissimum
DN. RESPONDENTEM
de
HOSANNA.

Quod David, quod post Davidem mollior
ætas
Concinuit DOMINO jam propiore suo,
HOSANNA tibi materies sanctissima con-
stat

Et sonat in Roseis grande salutis epos.
Hosanna vario decantat murmure, Verpus
Et Cæcus proprios non capit ipse sonos.
TU sensus pandis ter nobilis Hoschianna
Sanctior ecce chorus concinit ipse tibi.

Augustus Varenius.



Doctissimo
DN. RESPONENTI.

Quicquid *Hebræorum* monumenta loquuntur, ha-
bentq;,
Teq; DUCEMq; tuum perdidicisse juvat.
PRÆSES in hoc actu sat respondebit acutè,
Defendetq; *theses* gnauiter ipse suas.

Tuq;

Tuq; per-eximiè spartam decorabis eandem,
Et VIR in Cathedrâ stabis, AMICE, tuâ.
Hos ego tam pulcros ceu grator utrique labores,
Sic simul arridens NUMEN utrique precor.

LMQ. scrib.

H. Dringenberg/ Hebr. Linguae
uti & Catech. Christ. Prof. Publ.
Facultatis item Philosoph.
SENIOR.



Quid sonet HOSANNA dum quæris, Amice,
salutem,
Ut ferat, ex-animo, vox, precor, illa, TIBI!

M. Franciscus Wolfius,
Adj. Stralfund.





Ritas Isacidum proponis *ἑυλοφορέωντων*
Comprecor ut jam jam sis *εὐφανεφορέων.*


Praestantiss. DN. RESPOND.
gratulas. appon.

PRAESES.














6. 2. 19

Ex. 120.

h. d. o. d.
h. i.





the scale towards document

f. r. Gen. unde eam desumptam sequentia creavit
unt, obtinet; jam ibi non supponit pro libro sive
gnificat in principio. Similem in modum cum
etineatur posterius ברוך הכתובים יהוה
ò in Pf. invenitur, recteque effertur εὐλογημένον
ονόματι Κυρίῳ, retinendum quoque erit prius
i cit. ברוך הושיע נא desumptum eo modo
dhibetur; jam apud psalmistam non notat ramos
vangelistas. Praeterea translatarum illarum
nulla adeo commodè potest adhiberi sive
adjungant, commodius & commodatius adhi-
ex etymo deducta, ea igitur retinenda. Quan-
m liquidò constet, nec ulla necessitas cogat ab ea

vero plebecula ista hisce sibi a Christo, an verò
salutem precata fuerint? Interpretes variant.
da, Thomas, Lyranus, Anselmus, Abulensis, Mo-
nus, qui cit. Epist. scribit salvum autem fac dici-
nus populum tuum Israel sive generaliter mun-
tiae huic suffragatur lectio Hilarii, qui can. 21. in
casu habet quintum. Hosanna filii David. sed
Gerhard. Harm. Evang. pag. 309. statuitur, quod
xpius regno salutem, hoc est prosperum suc-
at onem & incrementum hisce verbis precata
endit non solum constructio verbi הושיע sed et
diatè subjecta: Benedictus qui venit in nomine
verba non sensu invocandi Messiam, sed precandi,
id benedicere velit, prolata sunt. Sensus igitur erit
αβιδ̄ hosanna filio David, salutem, quaesumus,
s, ferva filium Davidis, concede filio Davidis o-
peritatem; ὡσαννά ἐν ὑψιστοῖς ferva, quaesumus,
s in altissimis: subintelligendum enim erit vel par-
substantivi hoc. mod. ὡσαννά ὁ ὢν ἐν ὑψιστοῖς vel
lus ὁ h. m. ὡσαννά ὁ ἐν τοῖς ὑψιστοῖς. Non enim
ripturis tam Vet. quam Nov. Test. talis ellipsis.
l. 12. ἔ κη. τῶς καὶν ἐκ τῶ πονηρῆ ἦν non sicut
C 2 Kaiη